



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quando audiit Herodes?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

250

Habete fiduciam: ego sum, nolite timere. 28. Respondens autem Petrus dixit: Domine, si tu es, iube me ad te venire super aquas. 29. At ipse ait, veni. Et descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquam, ut veniret ad Iesum. 30. Videns vero ventum validum, timuit: & cum cœpisset mergi, clamavit dicens: Domine, saluum me sum. 31. Et continuo Iesus extendens manum, apprehendit eum: & ait illi. Modica fidei, quare dubitasti? 32. Et cum ascendissent in naviculam, cessavit ventus. 33. Qui autem in navicula erant, venerunt & adoraverunt eum, dicens: Vere filius Dei es. 24. Et cum transiret illas, venerunt in terram Genesar. 35. Et cum cognovissent viri loci illius, miserunt in universam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes: 36. & rogabant eum, ut vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quicunque tetigerunt, salvi facti sunt.

IN CAPVT DECIMVM QVARTVM

ARGVMENTVM.

Christi potentiam multorum miraculorum enarratione manifestat, adeo ut ad Herodem Tetrarcham fama manaret, qui surrexisse Ioannem Baptistam coniecit. Recensetur autem historia Ioannis die natali Herodis in gratiam saltatricula occisi. Deinde quinque millia hominum cum mulieribus & paruulis, quinque panibus & duobus piscibus pasta, relatis duodecim cophinis reliquiarum. Adiunguntur miracula Christi ambulantis super mare, Petrum dubitantem seruatis, tempestatem sedantis, ac denique uniuersa quæ in regione Gerasenorum etiam tactu simbræ vestimenti effecit. In Syria Ecclēsia à v. 15. ad 24. vsque in quotidiana oblatione solebat legi: habetur enim קורבן יומיומיה קרבה deculium, oblatio omnis diei seu quotidiana. Inde ad finem legebatur ad uesperam feriâ primâ hebdomadis secundæ post resurrectionem. Ioannis & Herodis mentionem idcirco facit, ut appareat, totâ Iudæâ nomen Christi notissimum fuisse. Nec sine causâ historia Baptistæ subiungitur illi, quod de auditoribus fuit diuersi dixerat: nam in Herode apparuit non fuisse fructum boni seminis, qui facili negotio suffragatus est in primo gemine. Ipsum uoluptatum lubio exortis. Interim dubium non est, hac Baptistæ constantiâ discipulos insigniter confirmatos, si enim vel minimo signo raptum approbare uoluisset, magnis ab Herode honoribus fuisset affectus. Quin etiam constantia sua docuit, nullius se commodi gratiâ Christum prædicasse, sed exemplo se præire, ut cognoscant fideles Ecclēsiæ Doctores quâ conditione laborent, ut iudicium Dei præmia æterna reddituri patienter expectent. Insigne documentum est opertere Dei seruos etiam cum uitæ periculo monere delinquentes, Nathan David, Ambrosius Theodosium monuit. Ioannes, etsi multa Herodes faceret, non tamen conuincere in tanto scelere uoluit.

VERSUS I

In illo tempore audiuit Herodes te-
trarcha famam Iesu.

QVÆSTIO I.

Quando audijt Herodes.

Rem. Ch. 1. *Angela.* In illo tempore, quo iam Apostolice legatione
primæ redierant, narrabantque quæ gesissent.
Iamenin non vni, sed pluribus regnum Dei prædica-
bant, & loca vnius occisi Ioannis duodecim Apo-
stoli præter Christum, atq; adeo discipuli 72. totam
Iudeam & Galileam Euangelio complebant. Non
enim latere amp ius lucerna potuit super tot montes
posita, sed vitali lumine domum æterni patris collu-
strabat.

§. 2. Magis adeo mirum videri posset, tam sero
item tantam ad aures Herodis peruenisse : cum ægri-
tudinè omnibus locis apparerent, ingentesq; fierent
hominum concursus, præsertim cum Herodes occi-
dendi Baptiste prætextu simulauerit seditionis me-
tam. Itaque aliqui Romæ eum hoc tempore fuisse,
alijs bello Arabico occupatum arbitrantur. Verùm
tam Româ redierat, & negocijs confectis sese incestis
nuptiis polluebat.

9.3. Vera mihi causa videri solet, Herodis Terrachæ superbia, & in rebus diuinis negligentia, virtutisque odium, & contemptus. Est enim hic Herodes Antipas, magi Herodis filius, Christi in passio-

ne illufor, Vulpecula ab eodem nominatus. Euse-
bius in Chronico, Archelaum, Antipatrum, Anti-
patrum, Philippum filios Herodis, Tetrarchas appellat.
de Tetrachis vide Plinium l. 5. c. 18 & d. xi in Lucæ
capit. 3. Syrus Tetrarcham vocat טטראר Tetrarcha
Rex etiam quandoq; appellatur, Marc. 6. & Lucæ 9.
Licet Augustus Tetrarchias tantum regno Iudæorum
debilitando, & viribus diuidendi infunderit, vt Iosephus
libro 17. antiq. cap. 10. & 13. Certe regem se puta-
uit, cum dimidium regni saltaticule sponderet
Iste regum nomen affeclauit, & ita à ius vocatus
est. Fastus autem illum egit transuersum, vt de Chri-
sto vix audire dignaretur. vt Chryl. hom. 49. in Matth.

Οὐκ ἀπλῶς δὲ τὸν καιρὸν ἐπισημαίνουσι οἱ εὐαγγελισταί, Tyranno-
 ἀλλ' ἐν μακρῷ τὸν χρόνον τέτυκται, καὶ τὴν πόλιν ἰεροσολ. οὐδὲ rum fastu-
 δὲ περὶ τοῦ ἐκείνου ἐκείνου καὶ αὐτὸν ἀλλὰ μὴ χρόνον ἔπεισεν. ab ausu-
 τοῖσι τοῖς ἐν ἐκείνῃ πόλιν τὸν χρόνον ἐπεβλήθη. De dei ver-
 νοὶ ὅλα ταῦτα μαθηταί, διὰ τὸ μὴ πολλὴν αὐτὸν ποιεῖσθαι bo impedit.
 λόγον. Non autem otiose tempus Evangelista signavit; ve-
 rum vē fastum Ty anni et neglectum omnes intelligere pos-
 sumus. Non enim ab ipsis statim miraculorum exordis f. nam
 Iesu, sed post multum tempus percipit. Huiusmodi certe sunt
 qui in Principatibus vivunt. Nam, quomam fastu rerum plu-
 rimum sibi arceant, parvi facientes cetera, sero ea perdisunt.

§ 5. Decollatio porro Ioannis Baptiste, vt colligitur ex Lucæ 9. & Marci 6. Mercator, aliique incidit in illud tempus, quo discipulos ad prædicandum ablegauit, scien-tem dæmonium est obuium, missi multis in vineam operarijs pro vno occiso. Itaque fieri vix poterat, vt tot miraculis, tam multis locis non commouerentur animi, & ad Herodem res deueniret.

Bb 2

VER.

Adami Conzen in Evang. Tom. I.